

Weichbild magdeburski w układzie śląsko-małopolskim.

Tekst oficjalny

Commune incliti Poloniae Regni privilegium constitutionum et indultuum publicitus decretorum approbatorumque, ed. I. Lascius, Cracoviae 1506, k. 190v

Odczyt: Maciej Mikuła

Artykuł 93 [Gn. 85]

[93] De arrestatione quorum vis bonorum et equorum.

Si vir alloquitur aliqua bona, ut pannos aut quicquam suarum rerum fuerit, quod sibi subtractum aut raptum fuerit, ad hoc se unica manu trahere debet et iurare debet tacto sacramento, quod tunc suum fuit et nunc suum sit, cum sibi subtractum seu raptum fuerat.

Sin autem equus fuerit, quem vir alloquitur, quod sibi subtractus, aut eo spoliatus sit, ad hoc se trahere debet, cum dextro suo pede calcare debet equum supra suum pedem anteriorem sinistrum, et sinistra manu equum per dextram aurem capere, et petere debet reliquias et prolocutorem. Et iurabit supra caput equi tacto sacramento, quod tunc suus fuerit et nunc suus sit, cum sibi subtractus aut eo depredatus fuerit. Extunc ille se trahere debet ad suum tutorem seu venditorem et iurare debet tacto sacramento, quod equum trahat ad verum tutorem, ad quem ille ipsum iure sequi debet, non autem ultra Mare Aquilonis. Si autem dixerit, quod equum emerit in foro libero et venditorem habere non possit, extunc equum suum ammittet et argentum suum, quod pro eo dedit, et non perdet pro eo aliquam penam.

[hasła: skarga, przysięga, konfiskata, koń, kradzież, sprzedawca, srebro, kara]